

Syrphidarum novarum palaearcticarum diagnoses.

Auctore A. de Stackelberg (Petrograd).

Liochrysogaster, subgen. nov.

Inter subgenera generis *Chrysogastris*: *Liogaster*, *Chrysogaster* in sp. et *Orthoneura* intermedium, a primo oculis in ♂ cohaerentibus, a secundo articulo 3^o antennarum nonnihil elongato, duplo longiore latitudine sua, a secundo et tertio — ab domine toto nitente distinctum.

Typus subgeneris: *Liochrysogaster Przewalskii* sp. nov.

Caput, thorax et abdomen tota cyanescenti-aenea, nitidissima, facie ♂ sine tuberculo medio, frons ♀ non transverso-sulcata, sed ruditer solum punctata, antennae elongatae, totae flavae, pedes flavi, femoribus, apicibus exceptis, nigris, tibiis annulo medio brunneo, plus minusve evoluto, articulis 2—3 ultimis tarsorum nigris.

Long. corp. 6—6,5 mm., long. alae 5,5 mm.

Hab.: Oasis Nia in Turkestania chinensi et jugum montium Rossicum in Kwen-Lun (3 ♂♂, 3 ♀♀ ab expeditione cl. Przewalskii lecti, nunc in collectione Musei Zoologici Academiae Scientiarum Petropolitanae positi).

Pleskeola, gen. nov.¹⁾

Habitu suo, ut et formis capitis (frontis et faciei), abdominis pedumque in *Eristalinis* prope genus *Tubiferam* (= *Helophilum*) locandum est, sed vena R_{4+5} non profunde, sed leniter (ut in genere *Milesia*!) flexa, oculis longe et dense pilosis distinctum; a *Mallota*, cui quoque nonnihil affinis, oculis in ♂ late distantibus, excavatione inter tuberculum medium faciei et marginem oralem nulla, ut et flexura venae R_{4+5} leni distinguitur.

Typus generis: *Pleskeola sibirica*, sp. nov. ♂.

Habitu primo aspectu *T. lunulatae* ♀ similis, sed oculis dense pilosis, thorace vix striato, ut et pedibus e maxima parte nigris distincta.

Caput facie flava, dimidio superiore infra antennas excavato, dimidio inferiore prominente, recto, ut in *T. lunulata* constructo,

¹⁾ In honorem viri emeritissimi, dipterologi et ornithologi rossici Theodori Pleske nominatum.

sed nonnihil magis obtuso, vitta longitudinali nulla, genis infra oculos ut et margine oris nigris, nitidis; fronte supra antennas trapeziformi, postrorum coangustata, in loco insertionis antennarum duplo latiore, quam in loco angustissimo, toto flavo; vertice quoque trapeziformi, magnitudine sua magnitudini frontis subaequali, nigro; occipite nigro, griseo pollinoso; pilis faciei (in lateribus solum evolutis) frontisque sat longis et teneris, flavis, subaureis, vertici densis, longis et nigris, regione postoculari flavis intermixtis tectis, occipite dimidio superiore pilis longis ciliiformibus nigris, dimidio inferiore — brevibus tenerisque albis; oculis magnis, loco angustissimo frontis magis approximatis, quam in *Eurinomyis*, dense et longe brunneo pilosis. Antennae fulvae, articulo 3^o rotundato, seta antennarum fulva. Thorax niger, opacus, disco vestigiis griseis vittarum longitudinalium trium, quarum medialis angusta, vix distincta, laterales latiores, nonnihil magis evolutae, in parte posteriore mesonoti areola praescutellari quadrangulari vix griseo pollinosa et subnitida conjunctae; pleuris nigris, nitidis, scutello obscure flavo, vix translucente; pilis thoracis in mesonoto sat longis, erectis, nigris, in pleuris flavidis, fere albidis. Abdomen nigrum, opacum, tergito 1^o parum nitido, tergitis 2^o et 4^o marginibus lateralibus et posticis, tergito 3^o — marginibus antico, lateralibus et postico — nitidissimis; tergito 2^o lateribus macula trianguliformi fulva, pellucida, cujus parte mediali macula sat magna, ellipsoidali griseo-pollinosa; tergito 3^o disco maculis duabus transverso-ovalibus, quoque magnis, griseo pollinosis, in medio uno sextante latitudinis tergiti distantibus, margine postico tergiti tertii signo trianguliformi griseo-pollinoso, vix indicato; tergito 4^o triente anteriore fascia sat lata, griseo-pollinosa, in medio uno sextante latitudinis tergiti interrupta, margine postico tergiti macula trianguliformi griseo-pollinosa distincta; hypopygio nigro, sat valido; pilis abdominis superne nigris, indensis, erectis, locis griseo pollinosis — pure albis, in lateribus et hypopygio flavis, in lateribus et basi abdominis longioribus; ventre longe et tenere griseo-piloso. Pedes nigri, nitidi, femoribus posticis basi, geniculisque flavo-brunneis, tarsis anterioribus brunneis; femoribus posticis nonnihil incrassatis, infra in quadrante basali tuberculo distincto, nigro-setuloso; tibiis posticis incurvatis; femoribus anticis antice pilis brevibus incumbentibus nigris, versus basin nonnihil longioribus, postice longis et teneris, dimidio basali albidis, dimidio apicali nigris tectis; femoribus intermediis antice pilis nigris bre-

vibus, postice longis et teneris albidis vestitis, femoribus posticis antice pilis longis et teneris, dimidio basali — albis, dimidio apicali nigris, postice totis nigris brevibus subincumbentibus ornatis; tibiis totis pilis brevibus nigris tectis. Alae infuscatae, vena transversa media vix ultra medium cellulæ discoidalis posita, vena R_{4+5} , non profunde, ut in generibus *Eristali* et *Tubifera*, sed leniter, ut in genere *Milesia* (vide Verrall, British Flies, VIII, 1901, fig. 427), flexa; squamis albis, albo-griseo ciliatis, halteribus albidis.

Long. corp. 8,5 mm., long alae 7,5 mm.

Hab.: Sibiria centralis, Obj.-Enissejskij kanal, septen. et orientem versus Enisseisk 1 ♂ 23. V. 908 a cl. Tshugunov lectus, in collectione Musei Zoologici Academiae Scientiarum Petropolitanae.

***Tubifera (Euryomyia) Smirnovi* sp. n. ♂, ♀.²⁾**

T. lunulatae et *lineatae* affinis, sed ab ambabus fronte in utroque sexu latiore, areola quadrangulari praescutellari griseo-pollinosa vel nitida plus minusve evoluta, ut et fasciis abdominis rectis, in medio late interruptis, mediorum fere non coangustatis et non trianguliformibus, a prima quoque antennis obscurioribus, ab altera facie minus acuta distincta.

♂. Caput facie prominente, ut in *T. lunulata* constructa, apice non acuta, flava, linea media nigra nulla; fronte lata, uni quadranti latitudinis capitis aequali, tota usque ad antennas nigra, plus minusve intensive flavo-griseo pollinosa, occipite nonnihil inflato, pilis capitidis in lateribus faciei longis, pallido-flavis, in frontis dimidio anteriore quoque pallido flavis, erectis, dimidio posteriore verticeque nigro-brunneis, in genis occipiteque albidis. Antennae flavo brunneae, basi obscuriores, articulo 3^o infra pallidiore. Thorax niger, supra vittis longitudinalibus 5 griseo-pollinosis, interdum nitidis, quarum medialis angustissima, subindistincta, mediis dimidio anteriore sat angustis, dimidio posteriore nonnihil dilatatis et parte praescutellari etiam interdum connexis, simulque areola quadrangulari griseo pollinosa vel nitida formantibus; vittis lateralibus, in regione notopleurali positis, sat latis, griseo pollinosis; pleuris totis griseis, scutello basi nigro, dimidio apicali flavo-brunneo, vix translucente; pilis thoracis totis grisecenti-flavis, teneris, sat longis, erectis, disco solum scutelli nigris intermixtis. Abdomen nigrum, opacum,

²⁾ In honorem dipterologi mosquensis Eugenii Smirnovi dedicata.

28 A. de Stackelberg: Syrphidarum nov. palaearct. diagnoses.

tergito 1^o griseo-pollinoso, subnitido, tergitis 2^o et 3^o fasciis sat angustis, nonnihil majus, quam uno sextante longitudinis segmentorum aequantibus, in medio triente latitudinis segmenti interruptis, longitudine sua tota fere aequelatis, mediorsum fere non coangustatis, griseo pollinosis, lateribus cum polline griseo marginum lateralium segmentorum confluentibus, margine postico tergitorum 2ⁱ et 3ⁱⁱ macula griseo-pollinosa sat parva; segmento 2^o imo latere interdum flavescente, segmento 4^o nigro, angulis anticis, marginibus lateralibus et postico late griseo-pollinosis, hypopygio griseo-pollinoso; pilis abdominis supra nigris erectis, partibus griseo-pollinosis — grisescenti-albidis; ventre nigro, griseo-pollinoso, pilis griseis tecto. Pedes nigri, femoribus anticis intermediisque apicibus, femoribus posticis quadrante apicali, tibiis anticis dimidio basali, tibiis intermediis posticisque totis, annulis plus minusve evolutis brunneis in trientibus prima et secunda tibiae exceptis, ut et tarsis anticis intermediisque totis flavis; partibus nigris pedum griseo-pollinosis; pilis pedum pallide flavis sat brevibus, femoribus postice longis. Alae nonnihil infuscatae, vena R_{4+5} nonnihil minus flexa, quam in speciebus affinibus; squamis halteribusque flavis.

♀. Similis ♂, sed fronte latiore, triente latitudinis capitis aequali, vittis longitudinalibus thoracis, ut et areola quadrangulari praescutellari et pictura abdominis magis evolutis et distinctis; segmento 4^o toto griseo-pollinoso.

Long. corp. 6,5—7,5 mm., long alae 6—7 mm.

Hab.: inter lacum Itshe et flumen Oregyn in Tzaidamo septentrionali, deserta Gobi 23 ♂♂, 24 ♀♀ d. 3. VII. 95 ab expeditione Roborovskii et Koslovi collecti.

Lampetia (= Merodon) Portschinskyi sp. n. ♂.

L. armipedi Rd. trochanteribus posticis uni-, tibiisque posticis apice bidentatis affinis, sed dentibus minus validis et longis, femoribus posticis in medio dente nullo distinguitur.

Caput aeneum, facie infra antennas verticali, dimidio inferiore magis, quam in *L. armipedi* producta; facie fronteque pilis sat longis, fere albidis, in triangulo verticali nigris intermixtis tectis, marginibus oralibus nudis; antennis brunneis, articulo 3^o longitudine sua articulis 1^o et 2^o simul sumptis aequo, supra distincte, sed leniter excavato, apice angulo obtusato; seta antennarum basi usque ad medium incrassata, ultra gradatim attenuata. Thorax aeneus, unicolor. Abdomen aeneum, segmento 2^o lateribus maculis

trigonis flavis sat magnis, circiter trientem latitudinis tergiti aequantibus, tergito 3° linea transversa angusta fere recta, in medio interrupta, interdum subindistincta, tergito 4° lineis paribus angustis inclinatis, angulum obtusum formantibus, griseo-pollinosis; thorace abdomineque pilis grisescenti-flavidis, tergiti abdominis 3^{ii} disco nigris intermixtis tecto. Pedes nigri, geniculis pallidis, tarsis brunneis, trochanteribus posticis dentibus subconiformibus acutis, femoribus posticis incurvatis et incrassatis, dentibus trianguliformibus munitis, tibiis posticis nonnihil dilatatis et comprescis, triente apicali interne tuberculo plano, apice dentibus duobus distinctis, pilis pedum flavidis, femorum praecipue postice longioribus. Alae infuscatae, squamis halteribusque flavis.

Long. corp. 12,5 mm., long. alae 8,5 mm.

Hab.: prope pagum Lagodechi, distr. Zakataly Transcaucasiae (2 ♂♂ e collectione cl. J. Portschninskyi in coll. Musei Zoologici Academiae Scientiarum Petropolitanae sine datis).

Neue Palpicornier aus dem südlichen Himalaya.

(Col. Hydrophilidae. — Op. 15.)

Von Alfred Knisch, Wien.

Mr. G. C. Champion in Horsell Woking (London) behandelte im Entomologist's Monthly Magazine LV (1919) —LVII (1921) eine Reihe von meist neuen Hydrophiliden der Gattungen *Ochthebius*, *Hydraena*, *Laeliaena*, *Spercheus* und *Epimetopus* obigen Gebietes. Der geschätzte Autor hatte nunmehr die Güte, mir eine weitere Serie durch seinen Sohn Mr. H. G. Champion im Gebiete von Kumaon im südlichen Himalaya gesammelter Hydrophiliden zur Bestimmung zu übermitteln. Außer einer Anzahl aus Indien bereits nachgewiesener Arten enthielt das überaus interessante Material die im folgenden beschriebenen Nova. Ich spreche gleichzeitig Mr. G. C. Champion für die Überlassung des Materials zur Bearbeitung als auch für die Abgabe zahlreicher Belegstücke meinen verbindlichsten Dank aus.

Limnebius (s. str.) *almoranus* Knisch nov. spec.

Klein, gestreckt oval, ziemlich gewölbt. Pechbraun oder schwärzlich, die Seiten des Halsschildes und die Spitzen der Deck-schilder etwas heller durchscheinend; die Unterseite dunkel, die Extremitäten braungelb. Die ganze Oberseite, besonders Kopf und Halsschild, stark glänzend.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Wiener Entomologische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1924

Band/Volume: [41](#)

Autor(en)/Author(s): Stackelberg Aleksandr Aleksandrowitsch de

Artikel/Article: [Syrphidarum novarum palaeareticarum diagnoses.](#)

[25-29](#)